p̄sentia interesse nō potuit: et siue in p̄teritū redeat/ siue in futurū se cor credētis extendat/nullas sentiat moras tp̄is cognitio veritatis. Adest ḡ sensib⁹ nr̄is imago rerū pro nr̄a salute gestarū:⁊ q̄cq̄d tunc disci pulorū perstrinxit aīos/nr̄os q̄z tangit affect⁹: nō q̄ aut tristicia deprimamur/aut furētiū iudeorū furore terreamur: cū etiā eos q̄s illi⁹ tēpestatis magnitudo ꝯcussit/ad inuictā cōstātiā resurrectio dn̄i ascensioq̄ ꝑuexerit:s̄z q: in cogitationē venit / q̄les tūc hierl'm ppl'i/ q̄lesq̄ fuerint sacerdotes: cū magno accepim⁹ tremore tm̄ facin⁹ impiorū. Quis em̄ ad salutē hu/ mani generis pertineret passio saluatoris: et eterne mortis vincula tp̄ali sint dn̄i morte dirupta: aliud tn̄ crucifixi patiētia/aliud crucifigētiū egit insania: nec ad eosdē rerū exit⁹ miscd'ia ⁊ ira tēdebat: cū p̄ eiusdē sanguinis fusionē christ⁹ solueret mūdi captiuitatē: et iudei interfecerūt oīm redēptorē. Obdurauit igit̄ carnalem isrl' malignitas sua: ⁊ nihil ei legis testifica tio:nihil mysteriorū imagines:nihil ꝑphetarū ora/ cula ꝓfuerūt: cū pascha dn̄i tot seculis celebratū/ in eo iohānes doceret impletū: de q̄ publica ꝓtestatio/ ne dicebat: Ecce agn⁹ dei: ecce qui tollit pctā mūdi. Repugnat iniq̄tas iusticie/cecitas luci/mendaciū ve ritati: sed de seuitia obluctantiū/ de scelere crudeliū/ obtinuit iesus eterne dispensationis effectū: ⁊ ita hu mano generi sua morte ꝯsuluit: vt sacrm̄ salutis etiā ipsis ꝑsecutorib⁹ non negaret. Qui em̄ venerat vni/

schale negligere: periculosi⁹ sit ecclasticis q̄dē cōuen tib⁹ iungi: s̄z in dn̄ice passiōis ꝯsortio nō haberi. Nā dicēte dn̄o: Qui nō accipit crucē suā ⁊ sequit̄ me/ nō est me dign⁹. Et dicēte aplo: Si cōpatimur ⁊ conre/ gnabim⁹: q̄s vere passum christū mortuū ⁊ resuscita tū colit: nisi q̄ cū ip̄o patit̄ ⁊ morit̄ ⁊ resurgit: Et hec q̄dē in oīb⁹ eccl'ie filijs ipso iā regeneratiōis sunt in/ choata mysterio/vbi pcti interit⁹ vita est renascētis: ⁊ triduanā dn̄i mortē imitat̄ trina dimersio/ vt dimo to q̄dā aggere sepulture: q̄s veteres suscepit sin⁹ fon tis/eosdē nouos edat vnda baptismatis. S̄z implen dū est nihilomin⁹ ope/qd' celebratū est sacro: ⁊ natis de spūsctō q̄ctūcūq̄ supest mūdani tp̄is/ nō sine cru/ cis susceptiōe ducendū est. Quis em̄ forti ⁊ crudeli tyrāno p̄ potētiā cruc' christi vasa antiq̄ dep̄datiōis erepta sint: et dn̄atio p̄ncipis mundi a redēptore sit eiecta: corpibus tn̄ insidiari etiā iustificatis eadē ma lignitas p̄seuerat: ⁊ multis modis eos in q̄bus nō re/ gnat ipugnat/ vt si q̄s aīas negligētes imprudētesq̄ repererit/seuiorib⁹ eas laq̄is rursus innectat: ⁊ a pa/ radiso eccl'ie raptas/in ꝯsortiū sue damnatiōis indu cat. Vñ cū q̄spiā se limites obseruātie christiane sen/ tit excedere: ⁊ in id cupiditates suas tendere qd' eū a recto itinere faciat deuiare/recurrat ad crucē dn̄i: ⁊ li gno vite mot⁹ noxie volūtatis affigat: ac voce ꝓphe tica ad dn̄m clamet et dicat: Confige clauis timore tuo carnes meas: a iudiciīs em̄ tuis timui. Quid aūt


GAUDEO

sibili mort; coditio no maneret/ qua ipassibilis essen | diuia pmiserit: q dignat suos aut corripe disciplina/

HISTORI
ARVM ET CHRONI-
CORVM MVNDI E-
PITOME VELVT
INDEX.

BASILEAE EXCVDE-
BAT HENRICVS
PETRVS.

ACHILLES P. GASSARVS LEONhardo Baiero Eslingensi Patrino, & domino suo amantissimo S. D.



Mergētibus tot undiq; Chronographis antiquissimis, grauissimisq; historicis, operępretium me studiosis factu-rum arbitratus sum, si epitome nostrum, quo indicis uice summam quandam omnium mundi ætatum, Monarchiarum sublimiorū, ac maximè illustrium, sanctorumq; deniq; & doctissimorum hominum quàm breßimis cōplexus sum, uel tui causa, cui plurimū debeo (præceptor charißime) publicè illis cōmunicarem: existimabam enim eo pacto nonnihil me iuniorum poße adiuuare uel illustrare saltem studia, cum omnino unū id æditione ista in uotis habeā, ansam uidelicet imperitioribus præbere, deinœps acrius inuestigandi, diligētissimeq; euoluendi rerum insigniter gestarum elegantißimi scriptores. Nam doctos ego erudito hoc sæculo tanquàm sus Mineruā

doccre, præſertim in tam uaria computatione annorum, hiſtoriarumq́; dubia diſſonātia neu tiquam uolo. Si qui tamen in libellū hunc ma- dant, nec ſimplicibus contēti, altiora curioſius requirunt, hij Hieronymū de Hebraicis quæſti onibus, Euſebiū tertio ecclſiaſticæ hyſtoriæ, Be dam libro de ratione temporū capite 66, atq; Hermanni Veringenſis chroni. ū ſtatim ab ini tio legant, aut certè Aurelium Auguſtinū de ci uitate dei 18 & 16 libris. Potißimū uerò 11 ac 15 capite quintidecimi libri: ubi plurimā de an norū mundi diuerſitate, ætatūq; incerta diſcre pantia, & exactiorem inuenient diſputationē. Quod ſi neq; illis ſaciati perplexū magis huiuſ modi materiæ adhuc deſiderant Chaos, Petri de Alliaco quondā Cameracēſis tractatū, quē Baſileæ olim de concordantia Aſtronomiæ cū theologia, hiſtoricaq́; ſcripſit ueritate, ſcrupu loſius perſcrutentur, et pro libitu quæ uolent ſanè amplectātur: nos enim hic nobis, noſtriq́; ſimilibus, hoc eſt tenuioribus, conſulturi, rece ptißima ſolum excluſis omniū ambiguitatibus decerpſimus. At ne extra propoſitum longior fiam, curſim imitationis meæ inſtitutum audi: Sacris in rebus ſeptuaginta interpretes, in Pa

pis

pis conciliorum et ſectarum enumeratione Vo*laterranũ:in reliquis,qui cuilibet negotio, imperioue credebantur magis idonei,ueluti* Be*dam,*Contractum,Riccium,Nauclerum, *et ſimiles ſum ſecutus autores:*Præcipuè *autem ſequentia magna ex parte, quòd* ἡ τετριμένη ὁδὸς ἀσφαλεστάτη *uideatur.*Euſebij,*nec* Iſidôri *correſpondent calculo.* Quibus *cum paßim cunctos quaſi adſtipulari ſentiã, noſtra hæc quoq; audacius,haud equidem ut* Oracula *aſſerere, ſed ut ueriſimiliora mouendi gratia ſtudioſis proponere cordi fuit.*Proinde *optime uir,meam hanc meßem, atq; collectionem, quàm et tibi nominatim dedico,et tuis auſpicijs in uulgus emitto,pro tua prudentia aduerſum uitilitigatores fortiter defendere, noſtrumq; conatum benigno fouere pergas animo, quo non ſemper aliorum tantummodo in laboribus ingenioſus,uerùm proprio* Marte *aliquando clarus eſſe contendam:* Bene Vale Lindauij *menſe* Iunio Anno *domini*

M. D. XXXII.

Aetates Mundi ſecundū

Bybliæ & Hebræorū computum ſunt ſeptē ſcilicet: 7 quæ numerātur à ... uſq; ad ... Annis

1	Condito mundo	Diluuium	1656
2	Diluuio Noë	Abraham	292
3	Natiuitate Abrahæ	Exitum Iſraël	505
4	Exitu de Aegypto	Templū Solomonis	480
5	Templi ædificatiōe	Captiuitatem	440
6	Captiuitate Babylon	Chriſtum Meſiam	579
7	Chriſti natiuitate	inſtans	1532

Euſebij & aliorum Chronica ſunt ſex ſcilicet:

1	Creatione orbis	Diluuium	2242
2	Diluuio uniuerſali	Abrahamum	942
3	Natiuitate Abraha.	Dauidem	941
4	Dauidis regno	Tranſmigrationem	485
5	Trāſmigratiōe Bab.	Chriſtum	589
6	Chriſto nato	Præſens tempus	1532

HISTORIARVM ET CHRONICORVM MVNDI EPITOME



Rima mundi ætas ad diluuium usq; perdurat, ea secundum Hebræos habet 1 6 5 6 annos secundum Eusebiū et nostros chronicos 2 2 4 2: secundum Augustinum aūt 2 2 6 2. At Hieronymus non plenè 2 0 0 0: Alphonsus uerò 3 8 8 2 annos ponit.

IN principio creauit ex nihilo deus cælum, terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.

0 Adam & Heua primi homines finguntur. 5199

Adam genuit Caymum et Abel, qui fuit pastor ouium primus.

15 Caym agricola primam ciuitatem in Oriente condidit, quā ex nomine primogeniti sui Enoch uocitauit. 5184

Thubal seu Iobal musicus, Lemech primi bigami filius, cytharæ, organi, cantionum q; inuētor.

Thubalcaim, siue Thobel, frater eius, primus faber metallorum, atq; sculptor.

130 Seth post Abelis interitũ de Adamo nascitur. 5069
255 Seth genuit Enos, à quo filij dei.
435 Enos genuit Cainan uel Kenan.
625 Cainan genuit Malalahel, siue Mahalaleel. 4574
795 Malalhel genuit Iared.
959 Iared genuit Henoch quem dominus in Paradysum transtulit ne moreretur.
1123 Mathusalem, seu Methusalah, qui noningentos octuagintanouem annos uixit, ab Enoh generatur. 4076
1287 Mathusalem genuit Lamech.
1475 Lamech genuit Noah, uirum iustum. Sub hoc tempus erant super terram Gygantes, incredibilis fortitudinis & potentiæ, uiri iniqui.
1980 Noë, qui & Ianus, genuit Sem, Cham & Iaphet.
2240 Factũ est diluuiũ uniuersale, inundatioq; super totam terrã, in quo uniuersi homines, cunctaq; animantia mundi periêre, exceptis his, quæ Noëus in arcam aßumpserat. 2959

SECVNDA AETAS.



Secunda ætas sæculi incipit ab eo anno, quo Noah ab arca egredi iubetur duratq; ad natiuitatem Abrahæ: hæc, secundum Hebræos 2 9 2 annos continet: secundum

cundum uerò interpretes & Eusebium 942 secundum deniq; Augustinum 1072 habet annos. Beda aũt 522 annos solum ponit.

VITEM primus coluit ac plantauit Noë.

2242 Sem genuit Arphaxat (à quo Arabes & Chaldæi) Aßur postea dictus, à quo Aßyrij: & Helam, à quo Elamitæ ac cætteros filios. 2957

Cham genuit Chus, à quo Aethiopes: Meßrã à quo Aegyptij: Chanaan, à quo Chananæi & cæteri.

Iaphet, genuit Gomer, à quo Itali: Magog à quo Scythæ: Mosuh, à quo Amazones & Moscouitæ: Iauan, à quo Græci, ac reliquos.

2378 Arphaxat genuit Sala, à quo Indi.

Gomer Iapeti filius genuit Ascenam, qui & Thuysco, à quo Germani & Gotti.

2507 Sala genuit Heber, à quo Hebræi. 2692

Chus genuit Nimroth uel Saturnũ, qui primus primum imperiũ apud Babylonios sibi uendicat. Cumq; filijs suis nititur ibidem turrim in cælum usq; extruere.

2630 Heber genuit Phalech & Iectan. Sub hoc facta est linguarũ confusio, uariaq; hominum mõstra, ut Cyclopes, Centauri, Pygmei, Satyri & cætera extiterunt. 2569

Comerus Gallus, primum Italiam excoluit.

2760 Phalec Pelègue genuit Ragahu et fratres eius. 2439
Regnum Scytharum in Septentrione sub Ta=
nao rege exordium sumit.
Thuyscon Sarmatas fundat.

2892 Ragau uel Regu genuit Saruch &c. 2307
Amazonũ fœminarũ regnum exordiũ habet.
Sores, siue Vizores primum in Aegypto re=
gnare cœpit.

3022 Saruch uel Serug genuit Nachor. 2177

3079 Belus, qui & Iuppiter, Assyriorũ regnum 2120
auspicatur, cui præest sexaginta duobus annis.

3101 Nahor genuit Tharah.
Celtiberorum, id est Hispaniæ regnum à Iubal
filio Phalec initium sumit.
Samotus Celtas, id est Gallos condidit.

3141 Ninus secundus Assyriorũ rex, qui condi= 2058
dit Niniuen: & regnat 52 duos annos. Huius
tempore idololatria pullulare cœpit.

3145 Thuyscon populum suum legibus informat, &
Germanorum primus rex fit.

3171 Cham, qui & Zoroastes, magicam & uenefi=
cia apud Bactrianos repperit.
Aegyalcus primus Sicyonijs imperat.

3184 Thara genuit Abram, postea Nahor & Ha= 2015

ran

ran in Chaldæa maximum.

TERTIA AETAS.



Ertia ætas mundi hinc ad tempora Dauidis durat, & habet ſecundum Hebræos 9 4 0. Iuxta Iſidórum tamen uno plus: alij autem 8 4 2 annos tantum ponunt.

Melchizedec primus rex & ſacerdos ſalem.

Arithmetica & aſtrologia reperiuntur.

Iſmaël naſcitur ex Agar ancilla.

Iuppiter magus ætherei filius, cui nomen proprium Lyſania, apud Arcadiam floret.

Pallas ſiue Minerua ad lacum Tritonium eſt.

3194 *Semiramis Nini uxor, poſt obitum mariti, quadraginta duos regnat annos.* 2005

Circunciſio poſteris Abrahæ in fœdus perpetuum à deo inſtituitur.

3200 *Mannus ſecundus ad Rhenum rex Thuyſconum fit.*

Selchim tertius Sicyoniorū poſt Europā patrem ſuum rex.

3324 *Yſaac ex Sara & Abrahamo in terra Canaan naſcitur.* 1975

Treueris, Germaniæ urbs, à Trabeta fratre Nini conditur. 1947

Hibe-

Hiberus secundus rex Hispaniæ.

3254 Zameis, qui & Ninias Aßyriorum rex triginta octo annis. 1945

3272 Memphis, nunc Alcayr, ab Ogelo Aegypti rege ædificatur.

3283 Loth filius Haran ab incendio Sodomæ et Gomorrhæ eripitur cum suis tantum.

Damascus in Syria, ac Solodurum apud Heluetios fundantur.

Aratrum primò Osyris in Aegypto repperit.

Ingheuon apud Thuyscones regnat.

3284 Iacob & Esau ex Rebecca nascuntur. 1915

Vesta, Ops, Diana, & Sol in pretio apud uulgus habentur.

3292 Arius quintus Assyri rex, triginta annis. 1907

3315 In Creta primus regnat Cres indigena.

Apher primus in Lybia castra ponit, indeq; Aphrica dici cœpit.

3321 Druyus apud Celtas peritiæ ac præsagiorum plenus regnat, ac Druydes instituit.

3322 Aralius sextus Assyriæ rex, annis quadra. 1877

Hermon uir armis ferox Thuysconum rex.

Thurimachus post Talesionem sextus Sicyoniorum rex.

3344 Inachus Oceani & Terræ filius, cœpit apud

Argos

Anni mundi.		An. ante Christū.
	Argos regnare primum.	
3345	Iacob, qui & Israël, ex Rachele suscipit Iosephum, & deinde Beniamin.	
	Io uel Isis floret.	
	Ceres cæli filia segetem monstrat.	
3362	Baleus septimus Assyriæ rex annis trigin.	1873
	Marsus apud Tuyscones regnat.	
3392	Armatrites, octauus Assyriæ rex triginta octo annis.	
	Thessalus Creti filius in Thessalia primum regnare occipit.	
	Phoroneus secundus Arguorum rex.	
3410	Belochus nonus rex Assyriorum annis trigintaquinq;.	1789
	Gambriuius Tuysconum rex sextus.	
	Octa primus regnum in Calchide constituit.	
	Apis, qui & Serapis floret.	
	Tagus Hispaniarum rex.	
3437	Iudas, à quo Iudæi: Leui, à quo sacerdotes: Ruben, Simeon, Isachar, Zabulon: filij Leæ, cum reliquis fratribus, unde duodecim tribus Israëlis descenderunt, in Chanaan florent.	
	Triptolemus in Eleusi insula claret.	
3448	Baleus secundus, Assyriorum rex decimus annis quinquaginta duobus.	1751

Ioseph

Ioseph à fratribus suis in Aegyptũ uenditur.
3460 Rhodius ciuitas, nomen insulæ primo facit.
Venus, Apollo, Chyron centaurus florent.
3478 Sparta, siue Lacedæmon ciuitas à Sparto Phoronei filio in Poloponeso ædificari cœpit.
Sueuus apud Thuyscones regnat, & populũ bellicosissimũ in Germania de se cognominat.
Amasis Aegypti } rex.
Betus Hispaniæ }
Iudas genuit Phares & Zaram è Thamar.
Vandalus Tuyscones regit.
3491 Prometheus homines fingit, primusq; ignem è silice excussit.
3517 Altadas undecimus Assyriorum rex annis triginta duobus. 1682
Atlas astrologus cælum apud Græcos humeris gestare creditur.
Theutanes Thuyscones regit & cognominat.
3540 Pluto inferorum deus, Saturni filius cũ fratre Neptuno maris deo floret.
Mamitus duodecimus Assyriæ rex.
Hebræorum seruitus in Agypto inualescit. 1659
544 Mercurius ex Maia nascitur, qui lyram primus adinuenit. (annis.
Mancaleus, decimustertius Assyriorũ rex 30. 1537
562

Proserpina

Proserpina & Lucina florent.
Hispalis ciuitas in Hispania fundatur. 1637
3583 Syria à Syro indigena nomen hoc sortitur.
Hercules Alemannus Thuyſconum rex.
Aeolus uentorum deus, poſt Leſtrigonas in Sycilia regnum tenet.
3591 Spherus decimusquartus rex Aßyriorum annis uiginti. 1607
3604 Aaron ex Amram nepote Leui naſcitur.
Acenedis Aegypti rex.
3611 Moſes Aaronis frater in Aegypto naſcitur. 1588
3627 Aroglus, ſeu ut alij uolunt Proclitus, primus quadrigam iunxit.
Hercules Antheum lucta uicit.
Lesbus à Xantho conditur.
3641 Spharetus decimusſextus Aſſyriæ rex quadraginta annis. 1558
Hiob uir patientißimus, ſapientißimusq; in Edom claret: quem Philo multo ſuperiorem & generū Iacob propter uxorem Dinam facit.
Cecrops Athenas in Euboëa condidit, cœpitq; primus ibidem rex eſſe.
3675 Deucalionis in Theßalia diluuium, & Phaëtontis incendium paulopòſt.
Cignus, Stelenei filius apud Inſubreis, id eſt, Lombardos

bardos regnat.

3681 Ascatades septimus decimus Assyriorum rex, quadraginta uno annis. 1518

3685 Corinthus in Achaia à Sysipho conditur ex nouo.

3689 Moses contra Pharaonem Chencrem Aegypti regem pugnat, & Israëlem liberat. 1510

Mytilene in Asia minore conditur.

Ianus primus rex Italiæ.

3692 Mosi lex Decalogi in Syna monte à domino deo traditur. 1507

Regnum Troianum à Dardano inchoatur.

Genua Lygurum ædificari cœpit.

Amphytrion 3 Atheniēsis rex, post quē Erichtonius regnat, qui primus argentum inuenit.

Lycaon Arcadiæ rex in Poloponeso exulat.

Vulcanus in Lemno fabrum agit.

Asina prophetæ Balaam humana loquela utitur apud Hebræos.

Stenelus Argeorum rex à Danao Mycenarum rege propellitur.

Aethiops in Aethiopia
Syculus in Sycilia
Bœotius in Bœotia } primus regnat.

3722 Amyntas Aßyriorum decimus octauus rex annis 1477

nis quadraginta tribus.

3729 Iosue post Mosem inter Hebræos ducatum suscipit.

Sardus Sardiniam primus denominat.

Busiris in Aegypto inhumanißimè regnat.

Eleazar filius Aaronis summus sacerdos.

Baioaricus, Noricus, et Hunus apud Thuijsco nes imperitant.

3732 Proserpinam rapuit Orcus Molossorum rex.

Thebæ, quæ et Heliopolis, in Aegypto extrui tur.

Hermes Trismegistus philosophus Aegyptius.

3755 Othoniel primus Hebræorum iudex. 1444

Cadmus Græcos characteres, et Phœnix fra= ter eius eius Phœniceos adinuenit.

Thebæ in Bœotia ædificantur.

3760 Rhadamantus Lyciorum rex æquißimus.

3767 Belochus decimus nonus Aßyriæ rex triginta annis. Fuit & Cusardus circa hanc tempesta= tem Assyriorum rex quoq; teste Iosepho. 1432

Bachus Liber pater ex Semele nascitur.

Pandion Atheniensis
Lynceus Argiuorum } rex
Lusus Hyspaniæ

Linus Thebeus, Amphionq; clarßimi Musici

 florent.

3796 Bellopares uicesimus Assyriorum rex tri=gnta annis. 3140

Adalogerion Tuysconum rex.

3800 Aioth secundus Hebræorum iudex, sub quo Phineus pontifex est.

Minos in Creta regnat seuerißimè.

Tros, à quo Troiani, tertius Meoniæ rex.

Oedippus Laij & Iocastæ filius ænigma Sphingis apud Thebas soluit.

3820 Moguntiacum Rheni ciuitas in Germania extrui cœpit primum.

Sethus Aegypti Imperator.

825 Lamprides uicesimusprimus Assyriorum rex annit triginta duobus. 1374

3839 Tantalus primus Phrygum rex, cum filia sua Nioba.

Pelops Argiuorum decimus tertius rex.

Nisus apud Megarenses, & Creon Corinthi florent.

3854 Perseus à quo Persia dicitur, regnat ibidem.

Phrixus & Helles nouercam fugientes, mare de se cognominant.

Samgar, tertius Hebræorum iudex.

Aeacus Myrmidonum rex in Aegina insula.

Ilion

Ilion floret in Asia minore.
Minotaurus ex Phasiphaë nascitur.
Prima Sibyllarum, Samia, claret.
3863 Bellephorō cū Pegaso equo Chimerā superat.
Melampus medicus uiget.
3873 Lampares uicesimus tertius Assyriæ rex, post Sosarem annis triginta.
3876 Debora & Barach Ißraëlem iudicant. 1323
Picus Iani nepos Ausoniæ rex.
Accrisius decimusquartus & ultimus Argiuorum rex, à quo tantundem Perseus filius Da-
3892 naës regnum Mycenarū in Argolica incepit.
3897 Augusta Vindelicorum ædificari cepit.
Sibylla Erithræa, Mars deorum bellicoßiß. et Mydas rex in Phrygia florent.
3906 Pannias uicesimusquartus Assyriorū rex, annis quadraginta quinq;. 1293
Vlysses Germanus Tuysconum rex.
3919 Gedeon iudicat filijs Ißraël.
Tyrus Syriæ ciuitas ad mare extruitur.
3934 Argonautæ in Colchidā cum Iasone nauigāt.
Medea saga et Creusa florent.
Thyestes Mycenis imperat cum fratre.
Sibylla Delphica, Orphæus et Musæus poëtæ, Berosus hystor. Dædalus architectus Icarusq;

filius eius clarent.
3943 Atreus primus ecclypsium Solis indagator. 1248
3951 Sosarmus uigesimusquintus Aßyriæ rex decem et nouem annis.
Theseus Athenarum rex cum Perithoo ad inferos descendisse fertur.
3956 Abimelech sextus Hebræorum Iudex.
Lapytharum & Centaurorum bellum in Thessalia exoritur.
3960 Tola septimus iudex Hebræorum
Faunus Pici filius secundus Latinorum rex.
Brennus in Germania regnat.
Priamus sextus et ultimus Troianorum rex.
Sibylla Lybica, Phrygia, Cumæa, Persica his temporibus floruit.
Medus primus Medos denominat, et regit.
3983 Iaïr Galaatides, octauus iudex Hebræorum. 1216
Nicostrata poëtissa, uel ut alijs placet Carmentes, Latinum alphabetum in Italia cominiscitur.
Arachne textrix ingeniosißima floret.
3994 Tautanes uigesimussextus Assyriorum rex.
Cacus hispaniarum rex.
3997 Bellum Amazonum contra Thebas est.
4004 Iepte nonus Hebræorum iudex. 1195

Anni mundi		An. ante Christũ.
	Lauinus tertius Laurentum rex.	
	Menelaus in Lacædæmonia imperat.	
	Lanthesilæa Amazonum regina.	
4313.	Abeßa siue Hesebõ, decimus iudex Israelitarũ.	1184
	Bellum decennale Troianũ hisce diebus insurgit, quo Achilles, Hector, Agamemnon, Paris, Aiax, Nestor, Vlyßes &c. emicuerunt.	
4020	Abilon uel Elõ undecimus iudex Israëlitarũ.	1179
	Aeneas Anchisæ filius in Latio regnare occipit ubi nunc Campania est.	
4026	Tanteus Aßyriæ rex quadraginta annis.	
4028	Colonia Vbiorum in Germania conditur.	
4030	Labdõ seu Adõ duodecimus iudex Hebræorũ.	1169
	Circe incantatrix Italiam petit.	
	Neapolis Campaniæ urbs extruitur.	
4036	Samson uir fortis & robustißimus, ultimus Hebræorum Iudex.	1163
	Asconius secundus in Latio rex.	
	Pilades insanum Orestem concitatur.	
	Historia Ruth mulieris hoc tempore gesta est.	
	Narbona & Lutetia Parisiorum in Gallijs ædificari cœperunt.	
[illegible]41	Heli sacerdos & iudex in Israël.	4058
	Francus Hectoris Germani non Troiani filius, ad Danubij ripas imperat.	

Syluius Posthumus tertius in Latio rex.
4063 Thineus Assyriæ rex, triginta annis. 1163
4066 Britannia à Bruto Syluij filio nomen accipit, qui primus regnum illic auspicatur.
Samuel principatum & sacerdotium apud Hebræos obtinet.
4095 Dercilus Assyriorum rex, in Babylone quadraginta annis.
4099 Saul primus Hebræorũ rex. Eusebius 4085 1100
Leusippus uicesimus sextus & ultimus Sicyoniorum rex, post quem Eurysthcus Græcus
4104 primus Lacedæmoniorum rex fit.
Athletes primus Corinthijs imperat.
4110 Achimelech Hebræorum pontifex. 1089
Aeneas Syluius quartus in Latio rex.
Hesiodus et Homerus poëtæ Græcorum præ-
4113 clarißimi.
Codrus decimusseptimus et ultimus Atheniensium rex, morte sua Peloponesiacum dirimit bellum.

Melicola Hyspaniarum post Erithrum
4123 Madda Brittonũ tertius post Locrum } rex.
Latinus Syluius quintus Latinorum

QVARTA AETAS.



Varta seculi ætas durat à Dauide ad captiuitatē Babylonicam, habetq́; secūdum nostros historicos 4 8 5 annos. Beda autem tantumodo 4 7 4 numerat.

4124 DAVID filius Isai uel Iesse, ex tribu Iuda, rex & propheta, Hebræis imperat annis quadraginta. 1075

Nathan, Asaph, Gath prophetæ: Abiather pōtifex apud Hebræos.

4136 Eupales trigintaocto annis Aßyriæ rex. 1063

Absalon, Ammon, Adonias, Iersan filij Dauid.

4150 Ephesus in Asia minore, Carthago à Didone in Africa conduntur.

4164 Solomon Dauidis ex Bethsaba filius, secundus Hebræorum rex, uir omnium sapientißimus, regnat quadraginta annis. 1053

Saba regina Meroës ad Nylum.

4173 Laosthenes Aßyriæ rex.

4176 Templum Hierosolymis completur.

Alba Syluius sextus Latinorum rex.
Argilaus tertius Corinthiorum rex.
Labotes quart. Lacedæmoniorum rex.

Sadoch Hebræorum pontifex.

Smendis Aegyptiorum Dynastes.

Thersippus Atheniensis princeps.
4204 Roboam tertius Hebræorum ex Iuda rex. 995
4205 Hieroboam primus rex Israëlis in Samaria fit.
4212 Athys syluius, uel Capis, septimus Latij rex.
4218 Pyriciades trigesimussecun. Assyriæ rex.
4221 Abias quartus Iudæorum rex triennio.
4224 Asa quintus rex in Iuda quadraginta annis. 975
Nadab secundus Israëlis }
Ebraticus Britanniarum } rex.
4228 Bassa tertius rex Israëlitarum.
4236 Capis, unde Capua, Latij octauus rex.
Agesilaus sextus Lacedæmoniorum rex, annis quadragintaquatuor.
4249 Orphrateus trigesimustertius Assyriæ rex.
4265 Helam quartus rex Israëlis. 943
Ambrias quintus rex in Israël.
Carpentus syluius, nonus Latinorum rex.
4268 Iosaphat sextus rex Iudæ, uigintiquinq; annis. 931
Achab impius sextus rex Israëlitarum.
Abdias, Osias, Micheasq; prophetant.
Allobrox Gallias regit.
4270 Ophragoneus trigesimusquartus Assyriorum rex quinquaginta annis. 929
4278 Tiberinus syluius, à quo Albula Tyberis uocata est, decimus Latij rex.

Aglas

Agelas sextus Corinthiorum } rex
Osochor Aegyptiorum }
Mecades princeps Atheniensium.
4286 Agriga uel Agrippa, undecimus Latij rex.
Orchosias septimus in Israhaële rex.
Helias Thesbites maximus prophetarum.
4290 Ioram septimus rex in Iuda. 909
Edomitæ à Iuda deficiunt.
Ioram octauus rex Israëlis.
Ochosias uel Ahasias, octauus rex Iudæ.
4299 Athalia mater huius Hierosolymis regnat.
Ioiada uel Ioades Hebræorum pontifex.
Isebel uel Iezabel mulier peßima.
4302 Iehu nonus Israëlitarum rex. 892
Azaël seruus post Benhada dominum suū rex fit in Syria, & Iudæos affligit.
4306 Ioas decimus rex in Iuda.
4320 Ascrazapes trigißimusquartus rex in Assyria annis quadragintauno. 879
Zacharias pontifex occiditur inter templum & altare apud Hebræos.
Helisæus uir dei & propheta moritur.
4326 Aremulus duodecimus Latinorū rex.
4330 Ioachab seu Iacob decimus Israëlis rex.
Lycurgus apud Lacedæmonios claret.

Anni mundi.		An.ante Christū.
	Auentinus, unde monti nomen, rex in Latio.	
4344	Amasias undecimus rex Iudæ.	853
4346	Ioas undecimus rex Israëlis.	
	Ssoncharis Aegypti, Aristemides Corinthiorum, Theleucus Lacedæmonum } rex.	
4361	Tonoscontoleros, qui & Sardanapalus dicitur, ultimus Aßyriorum rex sese cremat, uictus tandem.	838
4353	Hieroboam duodecimus rex Israëlis.	
	Egemon Corinthiorum rex nonus.	
4375	Azarias qui & Vsias duodecimus rex in Iuda quinquagintaduobus annis.	824
4381	Regnum Aßyriorum transfertur in Medos, & regnat illic primus ARBaces annis 28.	818
	Phydion Arguis primus pondera & mensuras excogitauit.	
4382	Procas syluius decimusquartus Latinorū rex.	
4387	Carnaus siue Gramaus uel Caranus, primus rex Macedoniæ efficitur.	
	Osee, Iohel, & Esaias prophetizant.	
	Nannetes apud Gallos imperat.	
4403	Zacharias tercius decimus rex Israël.	7796
	Sellum decimusquartus rex in Israël.	
	Bebochorus Aegypti rex, qui primus imperi-	

um

um maris post Phœnices obtinuit.

4409 Mandanes seu Sositanus secundus rex Medorum. 790

Cunegadius Britanniæ rex.

Manahen decimusquintus Israël } rex
Amulius syluius decimusquint. Latij } rex
Cenus secundus Macedonum } rex

Automenes 12 & ultimus rex Corinthiorum.

4415 Phaceas sextusdecimus rex in Israël.

Ardisius primus Lydijs imperare cœpit.

4424 Olympias prima apud Græcos, secundo Aeschyli Atheniensis iudicis, ab Eliensibus instituitur. 775

Lacædemoniorum reges deficiunt, ex quo Phalancus principiū Spartani regni facit.

Phacæa septimusdecimus Israëlis rex.

4426 Ioathan decimustertius rex Iudæ.

Micheas & Naum prophetizant. 773

4429 Romulus et Remus ex Ilia uel Rhea nascūtur

4443 Achas peßimus rex in Iuda. 756

Thoraldus Cimbrorum & Teutonum rex.

Numitor ultimus Latinorum rex.

4447 Romam undecimo calendas Maij condidêre, Remus & Romulus. 752

4448 Osee decimusoctauus & ultimus rex Israël.

Sosarmon

Anni mundi.		An. ante Christũ.
4451	SOSArmon uel Medidus, tertius rex in Media.	749
4451	Romulus primus rex Romanorum fit.	
	Aliactes secundus rex Lydorum.	
	Thales Milesius sapiens claret.	
4454	Israël transfertur per Salmanaßer & Senacherib Aßyrios in Mediam, Persidemq́.	
	Milesij maris imperium obtinent.	
	Perdica quartus Macedonum, Meles quintus Lydorum } rex.	
	Aßyrij, primum nunc cœperunt Samaritæ dici.	
4459	Ezechias decimusquintus rex in Iuda.	740
4461	Syracusa, Naxus, Cathinia. condiuntur in Sicilia.	
4479	Articarmus seu Cardiceas quartus rex apud Medos.	720
4485	Numa Pompilius secundus rex Romanorum.	714
	Hic primus annum duodecim menseis habere cõstituit.	
	Scabon Aethiops Aegypti rex.	
	Aßyriorum regnum omnino defecit in Babyl.	
	Solon, Pythacus, Chylon, Bias, Cleobolus, & Periander sapientes Græciæ: itemq́ Anacharsis Scytha philosophus florent.	

Merodalch

Merodalch primus Chaldæorum rex.
Tobias apud Hebræos claret.
4488 Manasses sextusdecimus rex in Iuda, annis quinquagintaquinq;. 711
4492 Deocles quintus in Macedonia rex.
Giges uel Gygus è pastore rex fit Lydorum.
4493 Capitolium Romæ in mōte Tarpeio extruitur.
Merres Aethiops Aegypti } rex.
Argeus sextus Macedonum }
Arbianes siue Diocles quintus rex Medorū.
4527 Tullus Hostilius tertius Romanorum rex. 672
4536 Byzantiū, quæ nunc Constantinopolis, à Pausania Spartanorū rege construitur in Thracia.
Metius Suffetius Albanorum dux, quadrigis, ob ruptum fœdus discerpitur.
Archilochus & Simonides poëtæ, Aristodemusq; musicus florent.
Ardis Lydorum rex.
Zaleucus Locresium legislator.
4543 Hammon septimusdecimus rex in Iuda.
4544 Arceus uel Phraortes sextus Medorū rex. 655
4545 Iosias decimusoctauus post fratrem rex Iudæ.
4558 Ancus Martius, rex Romanorum quartus.
Theogenis & Phocilidis poëtæ apud Græcos
Hieremias, Sophonias, Baruch, & Olda prophetæ

phetæ: item & Helchias pontifex apud Hebræos florent.

4563 Scythæ usq; in Palestinam penetrant.
Phalaris apud Agrigentinos tyrannidem exercæt, sub quo Perillus artifex claret.

4570 Artines uel Cyaraxes Arsacésuc, septimus in Media rex. 629

4577 Ioachas decimusnonus rex Iudæ.
Stesichorus, Sapphò mulier poëtæ, ac Pherecides Syrus philosophus, qui primus de dijs animiq; immortalitate scripsit, clarent.

4582 Tarquinius Priscus, quintus rex Rhomanorū.
Sigonestus post Clitoueū Germanorum ac Bellouasus post ambigatum, Gallorum reges.

4586 Ioacim uigesimus rex in Iuda. 613
Arion musicus à Delphino è mari in portum transportatur.

4591 Nabuchodonosor. siue Nebuchadrezer, tertius Chaldæorum rex qui Iudæam cepit.

4597 Ieconias uel Ioachim, uigesimusprimus rex in Iuda. 602
Abacuc & Ezechiel prophetizant.

4601 Zedechias ultimus rex Iudæ, annis undecim.
Pythagoras Samius, Epimenides Cretēsis philosophi, Sibylla Cumana uel Amalthea florēt.

Astia-

4602 Astyages aut Astibarus ultimus rex Medeorũ 597
post quem Persis regnum traditur.
Massilia Galliæ ciuitas à Phocensibus conditur.
Europs Macedonum rex.
4609 Hierusalem cum templo subuertitur. 590
Daniæ regnum circa hæc tempora Dan quidam auspicatus est primo, cui Humblus & Lotherus filij succedunt.

QVINTA AETAS.



Quinta mundi ætas hinc ad natiuitatem usq; Christi Iesu durat, & continet apud omneis communiter 5 8 9 annos, licet nonulli duos superaddunt.

4611 CAPTIVITAS, seu transmigratio Babylonica, fit regni Zedecciæ anno decimo. 588
Godolias Chaldæus præsidatur Hierosolymis.
4620 Seruius Tullus Rhomanorum sextus rex. 576
Nabuchodonosor undecimus, Chaldæorum quartus rex.
Daniel uir desideriorum claret.
Crœsus nonus & ultimus Lydorum rex ditissimus, qui subacta Græcia post decimumquintum annum à Cyro deuincitur.
Anaximander philosophus & Aesopus fabulator florent.

Pisistratus

Pisistratus Atheniensis tyrannus, in Italiam transgreditur.

4640 Cyrus primus regnum in Persia augustissi- 559
mè inchoat, tenetq; id annis triginta.

4555 Tarquinius superbus, septimus & ultimus
rex apud Rhomam fit.

Malachias, Aggeus & Zacharias prophetæ, cum Sibylla Hellespontiaca florent.

4656 Balthasar quintus Chaldæorum rex.

Darius frater Astyagis Medorum regis, opera Zopyri Babylonios destruxit.

Milciades Atheniensis dux ad Marathonem,

Thamyris Scythiæ ac Massagetarum regina, Cyrum superat.

1467 Cambyses post patrem Persarum secundus 528
rex: hic Aegyptum subegit.

Ioachim summus Hebræorum pontifex.

Iudith Iudæa Holophernem obtruncat.

4680 Darius Longimanus, post Smerdim quartus 519
Persarum rex.

4682 Zorobabel princeps & Iesus Iosedeh sacerdos templum Hierosolymis restaurant.

Pindarus Thebanus poëta, Neemias Hebræus propheta & Lucretia Romanæ pudicitiæ flos clarent.

Lucius Iunius Brutus ac Lucius Collatinus,
4688 primi consules Rhomæ creantur è plebe. 511
Circa hæc tempora Gabriel angelus Meßiam Christum post septuaginta hebdomadas prædicit uenturum in Babylone.
Horatius Cocles Rhomanus, Porsenaq́; rex Hetruscorum florent.
4712 Trecenti Fabij à Veientibus occiduntur.
Alexander Macedoniæ decimus rex.
Tribunatus officij inter Rhomanos prima in= 494
stitutio.
Democritus Abderites ridet.
Heraclitus & Diagoras philosophi clarent.
4714 Xerses Persarum quintus rex. 489
Themistocles & Aristides Atheniensium Pausanias Spartanorum duces.
Elizaphar Hebræorum summus pontifex.
Pericles Atheniensis, rogatu Aspasiæ, uxoris Samum expugnat.
Euripides, Sophocles, Aeschilus poëtæ ac Zeusis pictor apud Græcos florent.
Artabanus Persiæ rex sextus, mensibus tantum septem.
Dunuallus rex Brittonum.
Gothermus Daniæ rex.

Archelaus Macedonum rex.

4735 Artaxerſes Longimanus rex Perſarum ſeptimus annis quadraginta. 464

4743 Lex decem tabularum Rhomæ à Decemuiris promulgatur.

Bellum Peloponeſiacum in Græcia geritur.

Phydias ſtatuarius claret.

4751 Aediles primum Rhomæ creantur. 448

Ezras propheta, Anaxagoras, Empedocles, Meliſſus philoſophi, Herodotus, Thucidides hiſtorici Ariſtophanes poëta florent.

4760 Hippocrates Cous, medicinæ pater.

Zeno ſtoicus & Socrates philoſophi.

Sogdianus Perſarum rex.

Sub hoc tempus Scythæ, qui poſtea Sycambri, tandem Franci dicti ſunt, primum in Germaniam aduenêre.

4776 Darius Nothus decimus rex in Perſia. 423

Lacedæmonij & Athenienſes confœderantur.

Eudoxus aſtrologus & Geometer.

Dionyſius Syracuſanus tyrãnus bellicoßimus

Iudas Hebræorum pontifex ſummus. 4790

Alcibiades imperator & philoſophus Athen.

7495 Artaxerſes II cognomento Memnon, uel 404

Aſuerus

Anni mundi.		An. ante Christũ.
	Asuerus rex Persarum undecimus.	
	Camillus Rhom. Faliscos & Veios superat.	
4805	*Hester Hebræa in reginam assumitur.*	394
	Isocrates orator, Plato diuinus, Epicurus uoluptuarius, Diogenes cynicus, Xenophon philosophi, Metasthenes Persarum hystoricus, Chœrilus poëta &c. florent.	
4809	*Senones non Galli, sed Sueui Germani Rhomam præter Capitolium inuadunt: Brenno rege ipsorum duce.*	390
	Roskildia ciuitas Sialandiæ à Roë Danorum undecimo rege extruitur.	380
	Lysander Lacædæmon Athenas subiugat.	
	Epaminondas Thebanorum, Callias, Conon (*Attici*), *Agesilaus Lacedæmoniorum* — *duces.*	
4840	*Mediolanum conditur à Germanis.*	359
	Nectanebus ultimus rex Aegyptiorum.	
	Nothbrodus Suetiæ rex.	
	Camillus in Galliam Germanos fugat.	
4845	*Artaxerses tertius qui & Ochus, rex duodecimus in Persia.*	354
	Arthemisia regina Mauseoli uxor claret.	
	Philippus Amynthæ filius, uicesimus	

tertius

tertius rex Macedonum, qui solus Thratiam, Thessaliam, Armeniam &c. obtinet clariß.

4856 *Iohannes Hebræorum pontifex.*

Demosthenes orator, Aristoteles, Xenocrates philosophi florent.

Heróstratus templum Dianæ in Ephefo succendit.

4862 *Titus Manlius Torquatus & P. Decius Consules Rhomæ fiunt.*

Alexander Epyrotarū rex in Italia occiditur.

*Lucius Papyrius Cursor aduersus conspirati- 330
onem Samnitarum dictator Romæ eligitur.*

4671 *Arsanus uel Narses rex Persiæ.* 328

4874 *Alexander Magnus, post patrē uicesimusquartus Macedonum rex, orbem iuuenis subigit.*

C. Memmius Forum Rhomæ rostra adpellari fecit deinceps.

4875 *Darius decimusquartus & ultimus Per- 324
sarum, à quo Græcorum postea inualescere cœpit imperium.*

Agathocles Syracusanorum tyrannus.

Callisthenes, Demas philosophi, & Philippus medicus clarent.

4879 *Alexandria Aegypti extruitur.* 320

Pyrrhus Epyrotharum rex inuictißimus.

Alexander

Alexander moriens regnum ſuum inter duo-
decim ſocios ſuos partitur.
Theocritus poëta floret in Sycilia.
4887 Ptholomeus Lagi filius rex fit Aegyptiorum. 312
Philippus Aridæus Alexandri frater quintus
et uiceſimus Macedonum rex, qui Monarchi-
am apud Græcos habuit ſeptem annos.
Seleuchus in Babylonia regnat.
4889 Onias ſummus Hebræorum pontifex.
4892 Antigonus Philippi filius in Aſia regnat pri.
4894 Caſſander et Lyſimachus ſocij reges Ma- 305.
cedonum.
Machabæorum hiſtoria incipit hoc tempore
apud Hebræos.
4898 C. Fabritius et Q. Aemilius Conſul Rhomæ.
Moruidus Brittaniæ }
Hotterus Daniæ } reges.
Gelderus Saxoniæ }
4900 Simon cognomine Priſcus Hebræorū pōtifex.
Demetrius Poliorcetes ſecundus Aſiæ rex.
Tonſores primum e Sycilia P. Ticinius Ro-
mam adduxit.
4903 Antigonus et Alexander in Macedonia
regnant ſimul. 296
Theophraſtus peripateticus, et Demetrius

 Phale-

Anni mundi.		An. ante Christũ.
	Phalereus philosophi florent.	
4906	Demetrius uicesimusoctauus rex Macedonũ	293
	Menander et Philemon poëtæ clarent.	
	Mago Carthaginensiũ dux pater Asdrubalis.	
4912	Pyrrhus nonus et uicesimus Macedonũ rex.	287
	Appius Claudius consul primus Carthaginensibus bellum intulit et uicit.	282
	Lysimachus II Maced. rex tricesimus in Græ.	
4922	Eleazar summus Hebræorum pontifex.	277
	Meleagrus post Ceraunũ rex Macedoniæ.	
	Ptholomeus Phyladelphus secũdus rex Aegy.	
	Aristophanes grammaticus, Zoilus Homeromastix Alexandriæ degunt.	
4929	Septuagintaduo sacræ Byb. interpretes clarẽt	270
	Argenteus nummus primũ in urbe figuratur.	269
	Antiochus Sother Syriæ et Asiæ rex.	
4932	Antigonus Gognas post Sosthenam et Antipatrum, quintus et tricesimus rex Macedonũ.	267
4641	M. Regulus et L. Manlius consules, Hamilcarem Hannibalis patrem uicærunt. Et sicq; hoc secundum bellum Punicum.	
	Basanus rex Sycambrorum, et tandem deus in Germania fulget.	
	Antiochus Theos tertius Syriæ rex.	
	Crisippus, Strabo philosophi, Aratus poëta	

et

Anni mundi.		An. ante Christũ.
	& astronomus in Græcia florent.	
	Horuuendillus decimusnonus Daniæ rex.	
4958	Manaßes Iudæorum pontifex.	241
4575	Ptholomeus Euergetes tertius Aegypti rex.	
	Arsaces primus rex in Parthia fit.	
4966	Antiochus Galerius, siue Seleuchus Gallicinus Asiæ & Syriæ rex quartus.	233
	Berenicis reginæ coma in cælum à Conone mathematico relata hoc tempore putatur.	
	Onias secundus Iudæorum pontifex.	4967
	L. Cornelius Lentulus, & Fuluius Flaccus consules Romani.	
4968	Demetrius tricesimusseptimus Macedonum rex decennio.	231
	Hircanus & Simon pontifices Iudæorum.	
	Eldanus Brittaniæ, Viridomarus Galliæ } reges.	
	Seleucus Ceraunus Syriæ quintus rex.	214
	Iesus filius Syrach Hebræus librum Ecclesiasticum componit.	
4987	Antiochus Magnus Syriæ rex sextus.	
4992	Ptholomeus Philopater quartus Aegyptiorum rex.	
	Philippus post Antigonum Macedoniæ rex annis quadragintaduobus.	207

Hannibal Carthaginiensium imperator.
M. Claudius Marcellus, Fabius Maximus, & M. Liuius Salinator duces Rhomani hac tempestate fulgent.
5000 Onias magnus Hebræorum pontifex. 199
Arsicoras rex Sardiniæ.
Archimedes geometer, Aristobulus peripateticus philosophus & Iudæus, Erasistratus medicus clarent.
Attalus primus rex Pergami.
5008 Ptholomeus Epiphanes quintus rex Aegypti. 191
5009 Rhomani deuictum ad Thermopylas Antiochum tributarium fecêre.
Plautus, Næuius, Ennius poëtæ Latini, ac Panetius philosophus florent.
Gemmarum luxuria primum deuicta Asia Rhomam illata est.
Scipio Scipionis filius, & Scipio Nasica, Rhomæ uiuunt clarißimi ciues.
Bladebredus Britaniæ, Vuermundus Daniæ, Athislus Sueuiæ reges.
5021 Ptholomeus Philomater sextus Aegypti rex. 178
Philo sapiens Iudæus, Nicander Græcus poëta & M. Portius Cato Romanus florent.

Gotti

Gotti ac Dani Saxoniæ regnum uastant.

Hannibal apud Prusiam Bithiniæ regem ueneno perit. 181

5032 Antiochus illustris septimus Asiæ et Syriæ rex qui Hierusalem cœpit ac tēplum prophanauit.

5034 Perseus ultimus Macedonum rex. 165

Mathathias Hebræus sacerdos claret.

Iudas Machabæus cum fratribus occiditur.

Anthiochus Eupator nonus Syriæ rex.

Maßinißa Numidiæ rex.

5045 Paulus Aemilius Rhomanorum consul, Macedoniam subigit, ex quo Oligarchia & imperium Rhomanum augeri cœpit plurimum. 154

5049 Demetrius Sother decim. Syriæ & Asiæ rex. 150

Tertium bellum Punicum, & excidium Carthaginis per Rhomanos. 134

Tiberius Gracchus tribunus plebis legem agrariam Romæ promulgat.

Bellum Numantinum Rhomani inchoant. 133

Ionathas dux fit Iudæorum.

5067 Ptholemus Euergetes septimus Alexandriæ rex in Aegypto. 132

Terentius Carthaginiensis, & Pacuuius poëtæ comici apud Latinos.

5071 Ioannes Hyrcanus dux, & pontifex Iudæorū. 128

Antiochus Gryphus rex Syriæ decimusquint.

5069 Ptholomeus Physcon octauus rex in Aegypti Alexandria.

C. Marius Cimbros ad Rhodanum, cum rege 99
ipsorum Teutobocho uicit.

5104 Bellum Iugurthinũ Rhomani in Aphrica sedãt

Aristobolus princeps & sacerdos Iudæorum.

Lucius Caßius Rhomanus à Tigurinis Germanis deuincitur.

Florentia Hetruriæ urbs à Syllanis conditur 90
primum.

Manlius & Seruilius Cæpio proconsules à Germanis trucidantur.

5113 Ptholomeus Alexander Aegypti nonus rex. 86

M. Varro Latinæ linguæ pater, item & Cato stoicus florent.

Aquilius bellum seruile in Sicilia compescit.

5117 Philippus ultimus Syriæ & Asiæ rex, sub 82
quo regnum in Romanorum ditionem per Gabinum consulem transfertur.

Hugletus Daniæ }
Cassander Sicambrorum } reges.
Borbista Gottorum }

Sociale bellum contra Rhomanos, exurgit in 79
Italia.

Ptho

5123 Ptholomeus Sother à matre eiectus recuperat
regnum Aegypti denuo.
Londinum Brittaniæ urbs ædificatur primum
Bellum ciuile contra patriam Sylla excitat.
Mithridates Ponti & Parthorum rex, uiginti 72
duarum linguarũ peritus, à Romanis tandem
superatur.
5132 Ptholomeus Dionysius undecimus Aegypti 67
rex.
Alexandria Iannei uxor principatũ in Iudæa
post mariti mortem obtinet nouem annis.
Artabazes Armeniæ rex doctißimus.
5139 Cathilina seditiosus in agro Pistoriensi à Caio 60
Antonio bello perimitur.
M. Craßus Syriæ à Romanis præficitur.
Hircanus ultimus Iudæorum pontifex.

Areta Arabiæ Orodes Parthiæ Deiotarus Galatiæ Arionistus Germaniæ Caßibelianus Brittaniæ	reges.

4141 Pompeius Maximus, Romanorum imperator 58
adpellatur.
Claruerũt hoc tẽpore Lucretius, Catuus po=
ëtæ, M.T.Cicero, Sallustius, Diodôrus, Sicul.

Metridates

Metridates, Aristodemus philosophi & ora=
tores luculentissimi.

5143 C. Iulius Cæsar cõsul Romæ fit. Is primus Ger 56
manos trans Rhenum armis aggressus est, atq;
annum ad cursum solis accommodauit.

Cleopatra Aegypti regina luxuriosissima. 49

Dioscorides herbarius floret.

5151 C. Iulius Cæsar singulare apud Romanos in= 48
choat imperiũ, perpetuusq; fit dictator quod
obtinet annis quatuor, & mensibus septem,
tandem in curia Pompeij uigintitribus pla=
gis confoditur.

Cassius Romanus capta Iudæa templum spoli= 42
at Hierosolymis.

5158 Octauianus Augustus cæsar secundus Roma
norũ imperator fit, mense Augusto. Is regnat 41
annis quinquagintasex, mensibusq; sex, & tan
dem Nolæ moritur septuagenario maior.

Vergilius, Horatius, Macer, Manilius, Tibul=
lus poëtæ; Antonius Musa medicus florent.

Francus Antharij filius Sicambrorum rex fit,
à quo gens hæc Francia dici postmodum cœpit 37

Fridleuus Daniæ uigesimus nonus rex.

5159 Herodes alienigena à Rhomanis principatum,
in Iudæa obtinet. 30

Sibylla

Anni mundi.		An. ante Christũ.
	Siblya Tiburtina in Italia fulget.	
	Bellum Actiacum contra M. Antonium conficitur.	28
	Lugdunũ Galliæ ciuitas conditur hoc tẽpore.	
	Cornelius Gallus, Ouidius poëtæ: T. Liuius: Valerius maximus, Cornelius nepos, Strabo historici florent.	
5180	Anna Ioachimo copulatur apud Iudæos.	19
	Arminius rex Cheruscorum treis legiones Romanas cũ Varo Quintilio in Germania occidit	
5181	Maria uirgo nascitur in Iudæa.	18
	Germani inter Albim & Rhenum à Tiberio Nerone debellantur.	6
	Porus Indiæ potentissimus, Baccho Pannoniorum, Gesiblindus Gottorum, Frotho tertius Daniæ, Ericus Suetiæ, Nithingus Noruegiæ, Kimbelinus Britonum, Veromirus Batauorum reges.	
5198	C. Lentulus & M. Meßala consules Romæ creantur, super quibus Ianus est clausus mundusq; descriptus, cuius rei gratia Quirinus in Iudæam primo mittitur.	1

SEXTA

SEXTA AETAS.



Sexta mundi ætas à natiuitate Christi seruatoris & Meßiæ ueri incipit, duratq; ad finem usq; ac consummationem omnium sæculorum.

5199 IESVS CHRISTVS *saluator hominum nascitur in Bethleem Iudæ, octauo calendas Ianuarij, imperij Augusti quadragesimo secundo anno, qui erat à mundi principio secundum Hebræos & Bedam 3952: secundum Eusebium 5199: secundum Orosium 5200: secundum Isidôrum 5210: iuxta uerò Astronomos 5328: deniq; iuxta Alphonsi erat 6984 annus.* 0

5204 *Archelaus Herodis filius Iudæos regit.* 5

Marocudus post Vānium Sueuorū }
Herimerus post Cogonem Francorum }
Ingrauius post Boamundum Bauarorum } *reges.*
Gandestrus Cattorū in Germania }

Herodes Antipas Gallilææ præficitur, incipitq; regnum Iudæorum in Tetrarchas scindi. 14

5224 *Tyberius Cæsar tertius Romanorū imperator regnat uigintitribus annis, obijt in uilla Lu-*

cullana

cullana Campaniæ.
Phraortes Indiæ } reges.
Bardasanes Babyloniæ 25
Pylatus Pontius Iudææ præficitur. 29
5228 Ioannes Baptista in deserto prædicare incipit.
Apollonius Tyaneus, Philo Alexandrinus, ac
Cornelius Celsus florent. 34
5233 Christus patitur, moritur, resurgit, & in cælos
ascendit mense Martio & sequente.
5237 Caius Caligula, quartus Rhomanorum impera 38
tor ānis tribus ac decē menseis. Occubuit Che
reæ ferro Romæ in Palatio iuuenis.
Agrippa Magnus Aristobuli filius, Iudææ
præficitur.
Aruiragus Brittonum
Londricus Pictorum } reges.
Suertingus Saxonum
Bellinus Battauorum
Claudius Caij patruus imperator Romano.s 43
5242 tredecim annis, 8 ferè mēseis, perijt ueneno,
uxoris suæ domi sexagenarius.
Petrus Apostolus, natione Galilæus, papatum 44
(si dijs placet) Romæ suscipit, seditq; uiginti
quinq; annis.
Agrippa Iunior ultimus Iudæorum rex. 47

Hebion

Hebion & Nicolaus hæretici, Seneca stoicus, & Dionysius Ariopagita philosophi, Statius, Lucanus & Persius poëtæ florent.

Felix procurator Iudææ fit. 53

5256 Nero Claudij priuignus Romanorum sextus, imperator tredecim annis, mensibus septem, ac uiginti octo diebus, & tandem seipsum interficit. 57

Festus, Albinus, Florus patricij Romani succesfiue Iudæis præficiuntur.

Andromachus medicus theriace inuentor. 60

6259 Nero primam in Christianos exercet persecutionem, in qua Paulus gentium doctor & apostolus dei obtruncatur. 70

Linus Volaterranus papa secundus decennio. Eodem

Euax philosophus summus Arabū }
Tiridates Armeniæ } reges.
Vologesus Parthorum }
Pacorus Medorum }

Galba Sergius imperator mensium septem ab equitibus Romæ trucidatur in foro.

6270 Ottho Lucius imperat tres menses ac seipsum Cremonæ transfixit. 71

Eodem Vitellius nonus imperator Romanorū menses tantū septē, occiditur & hic in foro Romano

Quintilia

Quintilianus rhetor, Higinius mathematicus, Iosephus Iudæorum historicus florent.

5272 Vespasianus decimus imperator Romanus 73
decennio. Hic profluuio alui inter manus sub=
leuantium extinctus est in uilla sua.

Hierosolymorum euersio & excidium. 75

Asconius Pedianus grammaticus claret.

Cletus Rhomanus, papa tertius sedit annis 80
duodecim.

5281 Titus post patrem undecimus imperator Ro= 82
manus regnat biennio, duobusq; mensibus fe
bre in rure Reatino excessit.

5283 Domitianus post fratrem imperator XII 84
regnat quindecim annis, mẽsibus quinq;, tan=
dem conspiratione Romæ amicorũ occisus est.

Clemens quartus papa, sedit quatuor annis. 91

Seruius Sulpitius iureconsultus, Statius, Iuue=
nalis, Martialis poëtæ, Iustinus historicus hoc
tempore clarent.

Durpaneus Dacorum
Ingellus Danorum
Helgo Noruegiæ
Coillus Brittonum
} reges.

5298 Nerua Cocceius Narniensis tertius de= 99
cimus ordine, & primus peregrinus Romæ

D imperator

imperator,regnat annum treis mẽseis atq; nouem dies,Romæ extinctus est.

Iohannes apostolus,Euangelium suum contra Menandrum & Cherintum Ephesi scribit.

Anacletus Athenienſis, quintus papa Romæ sedit nouem annis.

5299 Traianus Hyspanus decimusquartus imperator Romanorum Coloniæ fit,cumq; regnasset decem et nouem annis,mensibusq; sex,decessit apud Seleucam Syriæ. 100

Euaristus Græcus,papa sextus Romæ octo an. 104

Xichimer Francorum
Vindekint Saxonum
Karolus Gottorum
Sijuardus Suetiæ } reges.

Ignatius S.Ioannis discipulus martyrizatur 109

Alexander Romanus, papa septimus decennio. Hic instituit aquam lustrabilem.

Suetonius.Plutarchus,Plinius Secundus.Itẽ et Basilides hæreticus, atq; Rufus medicus florent.

Sixtus Romanus,papa octauus decennio. 118

5318 Hadrianus Hyspanus, decimusquintus imperator Romanorum, regnat uiginti uno annis:moritur hydropisi ad Baias. 119

Telesphorus

Telephorus Græcus, papa nonus sedit decem annis, ac quadragesimale ieiunium instituit. 129

Quadratus apostolorum discipulus, Aquila Bibliæ interpres, Secundus philosophus Atheniensis magnæ taciturnitatis, Cornelius Tacitus, Iuliusq; Frontinus florent.

Hyginius Græcus, papa decimus quatuor annis 139
constituit hic chrisma & compatres ad baptismum Christianorum.

5339 Antoninus Pius imperator sextusdecimus, 140
regnat uiginti duobus annis & tribus mensibus: decesßit febre apud Lorios in Hetruria.

Pius Aquileiensis, papa undecimus, sedit un= 143
decim annis, et instituit festum paschatis ad diem dominicum celebrari.

Ptholomeus Pheludensis astronomus et geographus insignis Alexandriæ claret.

Taurus, Phauorinus, Gellius philosophi, Trogus historicus, Iustinus Christianus ac Polycarpus episcopus fulgent.

Claudius Galenus Pergamensis medicus clarißimus atq; doctißimus floret.

5355 Anicetus Syrus, papa duodecimus sedit 154
annis undecim. Vetuit hic clericis co=

mam & barbas.

5362 M. Antoninus Verus philosophus imperator septimusdecimus cum fratre L. Aurelio Vero, sub quibus cœpit primo imperium Romanum per duos administrari: quorum Lucius imperij duodecimo anno apoplexia: Marcus uerò cum regnasset decem & nouem annis, ex pestilentia Romæ decessit. 163

Sother Campanus, papa decimus tertius sedit annis nouem. Eusebius 171. 169

Montanus & Apelles Cataphricarum hæresim seminant.

Scæuola iureconsultus, Marullus poëta florēt.

5377 Eleutherius Nicopolitanus decimusquartus papa sedit quindecim annis. 178

Lucius Brittaniarū rex ad Christū cōuertitur.

Vnguinus Gottorum
Haldanus II Daniæ } reges.
Asmundus Noruegiæ

5381 L. Commodus imperator octauusdecimus regnat tredecim annis post patrem. Hic Romæ à concubina strangulatus est. 182

Victor Apher, papa decimusquintus sedit Romæ decœnnio. 194

5349 P. Aelius Pertinax Ligur, decimusnonus 195

Impera-

Imperator, regnat sex tantum mensibus & à militibus occiditur.

Didius Iulianus Mediolanēsis occiso Pertinace imperat septem mensibus atq; in palatio à prætorianis interficitur.

Prima inter ecclesiam Romanam et Asianam dissensio propter paschatis festum: quæ Romano episcopo occasionem præbuit, ut cunctis spretis, se caput religionis et fidei posuerit.

5395 Septimius Seuerus Apher uicesimus primus Romanorum, regnat decem et octo annis, Eboraci perijt podagra. 196

Zepherinus papa decimussextus, sedit annis septem et decem. Hic ad sacrificia uitreum calicem statuit habendum. 203

Artabanus Parthorum rex.

Tertullianus, Symmachus, Hyrenæus Lugdunensis Theologi clarent.

5412 Baßianus qui et Caracalla uicesimus secundus imperator regnat post patrem annis ferme septem In Parthia per coniurationem interemptus est. 213

Papinianus iureconsultus, et Quintus Serenus medicus florent.

5418 Opilius Macrinus uicesimustertius imperator 219

tor, regnat annum & duos menseis cum filio Diadumeno, qui ambo in Calchedone interempti sunt.

Calixtus Romanus, papa septem annis. 220

5419 Varius Antoninus qui & Heliogabalus imperator quartus & uicesimus. Hic quarto regni sui anno necatur in latrina. Eodem

Alexander Aphrodisæus & Themistius philosophi acutißimi.

5423 Alexander Mammææ filius, natione Syrus, imperat ἀναιμακτὼς tredecim annis, ac tandem ad Moguntiam Rheni tumultu militum occiditur. 224

Vrbanus Romanensis, decimusoctauus papa sedit annis octo. Hic ecclesiastica uasa, aurea & argentea fieri Christianis constituit, tandem in sanctorum numerum relatus, pro Bacchocoli cœpit. 225

Origenes theologus, Vlpianus iureconsultus, Victruuius architectus florent.

Pontianus papa annis quinq;. 235

5436 Maximinus Thrax, cum filio imperator uigesimus sextus Rhomæ tribus annis. Hunc nonnulli Gottum fuisse scribunt, & in tentorio ad Aquileiam occisum. 237

Antherus

Autherus Græcus uigesimus papa triennio.
Porphyrius philosophus christianos perse= 239
quitur.
5440 Gordianus post auum & patrem suum, necnõ 241
post Pupienum, Balbinumq; uigesimusseptim.
Romanorum imperator, regnat annis sex: in=
terfectus est Philippis.

Saporus Persarum
Casianus Brittaniæ
Sigarus Danorum
Synardus Gottiæ



reges.

Fabianus uigesimus primus papa Romæ sedit 242
annis tredecim.
Nouatus scismaticus & hæreticus uiget.
5446 Pihlippus Arabs cum filio imperator uigesi= 247
musoctauus, regnat quinq; annis. Hic primus
christianus Cæsar fuiße, & à militibus Vero=
næ cæsus perhibetur.
Annus hic millesimus conditæ urbis est. 248
Cornelius papa biennio Romæ.
5452 Decius Pannonius cum filio imperator Roma 257
norum regnat annum & treis menseis. Sub=
mersus est in palude Mœsiæ dum Gottos fu=
geret.
Agatha & Apollonia sacræ uirgines pro fide

Christum moriuntur.

5453 Gallus & Volusianus filius imperatores re= 254
gnant biennio & quatuor mensibus: occidun=
tur dein ambo à militibus proprijs apud In=
teramnem.

Lucius uigesimustertius papa triennio. 255

5455 Valerianus cũ Galieno filio, trigesimusprimus 266
imperator, annis quindecim: ex his pater in
Persia captiuus, filius dolo apud Insubres
occubuit.

Stephanus uigesimusquartus papa tribus an. 259

Cyprianus Carthaginiensis doctor & martyr
fulget.

Sixtus secundus Atheniensis papa triennio.

Sabellius hæreticus surgit.

Laurentius archidiaconus igne torretur.

5462 Dionysius Romanus papa uigesimussextus. se 263
dit annis sex.

Sub hoc tempus Germani Italiam & Gallias
depopulantur, ac Gotthi Græciam.

Felix Romanensis, papa sedit quatuor annis, 269
& altariũ consecrationem primus apud Chri
stianos præcepit.

Triginta tyranni Romanorum Imperium di=
uersimode atterunt quasi.

Paulus

Paulus Samosatenus, Martion, Manesq; haere-
tici ecclesiam Christi lacerant.

5470 Claudius secundus Dalmata, imperator trige- 271
simus secundus, regnat annum & nouē men-
sēs: moritur apud Syrmium in Pannonia ui-
ctis Gottis.

Eutichianus Lunensis, papa uigesimusocta- 273
uus, sedit Romae octo annis.

5472 Aurelianus Pannonius post Quintilium trige Eodem
simustertius imperator regnat quinquēnio et
sex mēsibus. Interemptus est hic à notario suo
apud Heracleam.

Gebenne uel Genouena Sabaudiae extruitur. 27[illegible]

Annius Tacitus imperator Romanus post se- 278
xtum mensem à milite oppressus est.

5478 Probus Pannonius post Florianum trigesimus 279
quintus imperator sex annis & quatuor men-
sibus tandem in Illyria insidiosè occiditur.

Caius Dalmata, papa uigesimusnonus: sedit 281
Romae decennio. Hic sacros ordines primus
consecrari ad sacerdotium iussit.

Sub hoc tempus Gallis et Pannonijs à caesare
primum uineas habere permissum est.

5483 Carus Narbonensis, Romanorum imperator, 284
cum Carino & Numeriano filijs regnat bien-

nio fulmine tactus ad Tigridem obijt

Spartianus, Eutropius, Vopiscus, Lampridius, Capitolinus, Pollio historici florent.

5485 DIOCLetianus, Dalmata septimus & trigesimus imperator regnat uiginti annis. Hic deposito imperio, tandem ueneno moritur Saloniæ. 286

Marcellinus trigesimus papa nouem annis. 292

Asclepiodotus contra Allectum rex fit in Britannia pulsis Romanis.

Sublatis regibus, Dani sibi ex plebe dominos eligunt.

5500 Marcellus trigesimusprimus papa Romæ sedit quinque annis. Hic clericos à sæculari potestate immunes fecit primò. 301

Hoc tempore martyrio adficiuntur pro Christo Katharina, Agnes, Barbara, Dorothea, Anastasia, Afra, Euphemia uirgines, item & Georgius, Christophorus, Bonifacius, Erasmus, Blasius, Mauritius, Vitus, Geruasius, Cosmas, Damianus, Sebastianus, Vincentius, Methodius, Crispus & cæteri sancti sub Maximiniano tyranno.

Eusebius Græcus papa sedit biennio Romæ. 305

Arnobius, Lactantius, Eusebius clarent ac Lu

cianus

cianus ἄθεος.

5505 GALERIVS cum CONSTANTIO Chloro imperat solummodo annum, ex quo uariè Romanorum declinare cœpit imperium, Seuero Maximino & Licinio maximè tumultum excitantibus. 306

Milciades Apher, trigesimustertius papa sedit quatuor ānis: probibuitq; ne Christiani die dominico ieiunarent. 307

5507 Constantinus Magnus Brittanus, imperator Romanorum trigesimusnonus regnat triginta annis ac decem mensibus uicto Maxentio, tandem à ministris ueneno tollitur Byzantij oppido 308

Syluester papa sedit uigintiuno annis. Confirmationem quam uocant hic instituit, præcepitq; chrisma ut episcopi tantum consecrarent. Albas denique & corporalia altaribus addidit linea. 313

5519 Arrius & Donatus hæretici ecclesiam Christi interturbant. 320

Anthonius abbas Aegyptius, Iuuencus præsbiter & poëta, Aëtius medicus, Iamblicus philosophus florent.

Visimarus primus Vandalorum rex.

Thono-

Thonodôrus Sueuiæ rex.

5533 Marcus Romanensis papa trigesimusquintus biennio. 334

Iulius Romanus papa sedecim annorum. 336

Prima omnium Nycena synodus trecentis decem & octo patribus contra Arrium celebratur, in qua Symbolus quem uulgo Apostolorũ uocant, æditus est. Hanc nonnulli habitam affirmant anno Christi 322. Eusebius 324. Beda autem & Volateranus hoc anno testantur ipsam fuisse. 338

5538 Constantinus II, Constans & Constantius fratres post patrem Romæ & Constantinopolis imperant cum Maxentio Gallo & Licinio iuniore uigintiquatuor annis, quinq; mensibus ac duodecim diebus. 339

Paulus primus eremita moritur senex. 345

Athanasius Alexandrinus, Hilarius Pictauiensis, Nicolaus Myrrheorum, Maximinus Treuerorum episcopi clarent.

Liberins triæsimusseptimus papa decem & septem annis sedit Romæ in patria. 352

Saporus secundus Persarum } reges.
Chonodomarius Alemannorum }

Eunomius & Macedonius hæretici ac Donatus

tus grammaticus florent.

566 Iulianus apostata, ordine quadragesimus primus imperator regnat Constantinopolis annū et octo menseis. Fuerat monachus antea apud Ctesiphontem à Parthis necatur. 364

Iouinianus imperator octo mensibus suffocatur nidore calcis in Didastane oppido Galatiæ 366

Felix secundus Romanus papa sedit annum.

5566 Valentinianus Pannonius imperator quadragesimustertius, regnat undecim annis et quinq; mensibus cum fratre. Fuit & hic Christianus, atq; in Gallia obijt apoplexia. 367

Photinus, Iouianus & Viglantius hæretici insolescunt.

Saxo Saxonum } in Germania reges.
Clogio Francorū }

5568 Damasus Hispanus nonus & trigesimus papa decem & octo annis. Hic instituit confeßionem generalem, & ut in fine Psalmorū cantaretur semper Gloria patri & filio &c. 369

Clarent hoc tempore Basilius Magnus, Cyrillus, Ambrosius, Epiphanius, Gregorius Nazianzenus theologi, Oribasius Sardus medicus, atq; Flauius Vegetius.

Macharij duo cum Maria in Aegypto.

Hillarion

Hillarion in Cypro, Paphnutius apud Thebas, monachi degunt.

5577 Valens post fratrem quadragesimusquartus imperator, regnat quatuor annis ac è clade Gottica saucius in tugurio uiuus crematur. 378

Fridegninus rex Gotthorum fit post Hermaricum.

5581 Gratianus Pannonius, Valentiniani filius, quadragesimusquintus imperator Constantinopolis sex annis. Hic Lugduni interfectus est & filius eius Valentinianus Iunior apud Viennam Allobrogum laqueo seipsum suspendit. 383

Secunda generalis Constantinopolitana synodus, centum quinquaginta patribus, contra Macedonium & Eudoxum habetur. 383

Claudianus & Prudentius poëtæ florent hac tempestate.

Siricius Romanensis, papa quadragesimus, sedit annis quindecim. 386

5587 Theodosius Magnus siue Senior, Hispanus, imperator quadragesimussextus annis undecim tandem Mediolani moritur quinquagenarius quàm Christianissimè

Melga Pictorum rex.

Omundus Daniæ
Radagasus Gottorum
Carocus Vandalorum } reges.
Feletheus Rugorum
Heluidius hæresiarcha uiget.
5606 Arcadius filius Theodosij prædicti imperat 407
Constantinopolis cū fratre annis tredecim ac moritur ibidem.
409 Anastasius Romanus papa triennio.
401 Martinus episcopus Turonensis, natione Vngarus ad dominum migrat.
Pelagius hæresiarcha exurgit.
5611 Innocentius Albanus, papa quadragesimus 412
secundus, sedit annis quindecim. Hic damnauit Cataphryges.
Ioannes Chrysostomus, Caßianus diaconus eius, Ruffinus Aquileiensis presbiter clarent.
413 Alaricus Visogottorum rex ex familia Balthe-orum Romam cepit ac diruit calendarum aprilium.
Nestor hæreticus, Alexander ἰατρός, Apuleius Madaurensis philosophus florent.
Honorius frater Arcadij Cæsaris, quadragesimusoctauus imperator regnat cum fratris sui filio annis quindecim ac tandem Romæ

moritur

moritur ex febre.

5618 Sozimus Græcus, papa sedit annũ Romæ. Hic instituit cereum sabbato sancto benedici. 419

Prædestinatorum hæresis uiget.

Respendialus, Alanorum rex in Hispania.

Valpa septimus Gottorũ rex Tolose imperat sub quo Vasconia nomen hoc in Gallia à Visogottis sortitur.

402 Bonifacius Rhomanus, papa quadragesimus quartus sedit annos treis. 5619

Schola literarũ uniuersalis Bononiæ hoc tempore primum incepit.

Proba mulier doctißima & Christiana, ac Socrates historiæ tripartitæ primus autor.

Celestinus papa natione Campanus, sedit Romæ octo annis. 424

5625 Faramundus primus rex Francorum in Gallia constituitur. 426

Diuus Hieronymus pridie Calendas octobris ætatis suæ nonagesimo primo anno, in Bethleem moritur. Fuit natione autem Stridoniensis Vngarus. 429

5630 Theodosius Iunior cum Honorio, amitæ suæ filio imperat uiginti septem annis, ac moritur Constantinopolis. 431

Clodio

Clodio secundus rex Gallorum.
Gottarus Suetiæ rex.

Tertia Synodus Ephesina, ducentis patribus contra Nestorium & Pelagianos celebratur. In hac papa Romanus regnum suum auspicatus est primum potißime.

5633 Sixtus tertius Romanus papa quadragesimus 434
sextus sedit annis octo.

Gensericus Vandalorum rex attritis Rhomamanis Gallis & Hyspanis, Carthaginem diripit, ac inuadit Syciliam. 437

Aurelius Augustinus Hypponis moritur quinto Kalendis Septembris: ætatis suæ septuagesimo sexto anno.

Ioan. Damascenus, Orosius historicus florent. 440

Attila ab Hunnis primus rex Vngarorum in Pannonia eligitur.

Vortignerus Gerseorum rex Brittaniæ regnũ adripuit.

5641 Leo Thuscus, papa quadragesimusseptimus 442
sedit Romæ annis uigintiuno doctißime.

Mamercus Viennensis præsul, primus rogati- 445
ones ante ascensiões dominicæ festũ instituit

Prosper Aquitanicus presbiter, Item Eutichius, Timotheusq; hæretici florent.

Buda Pannoniæ urbs construitur primum.

5651 Martianus quinquagesimus imperator cũ Valentiniano tertio (qui Romæ confossus est) regnat sex annis & Constantinopolim obijt. 452

Sub hoc tempus Anglosaxones Brittaniã primum occupant, duce Hengisto.

Vualamurus Ostrogottorum
Ardaricus Gepidarum } reges.
Maurus Scotorum

5653 Quarta Calcidonensis synodus sexcentorum triginta episcoporum contra Manicheos & Eutichium celebratur. 454

Vrsula uirgo Brittanica cum sodalibus ab Hũnis Coloniæ trucidatur.

Venetiarum urbs primum condi cœpit hoc anno secundum quosdam: iuxta alios uerò & Volaterranum cœpta est anno 422. 456

5507 Leo imperator decimustertius Constantinopolitanus, primus natione Græcus, ordine autem quinquagesimus primus Cæsar, cum Leone minore regnat sedecim annis ac moritur in patria. 458

Acephalorum hæresis intumescit.

Hilarius Sardus, papa quadragesimus octauus, sedit annis septem. 463

Simplicius

Simplicius Tyburtinus, papa sedit Romæ annis quindecim. 469

Arthurus post Vtherpendragonē Brit.
Hildericus post Meroueum Francorū } rex.
Beolgorus post Sangibanum Alanorū

5672 Zeno Isauricus imperator Cæsar regnat annis decem & septem. 473

Sub hoc principe res literaria maximam librorum optimorum passa est iacturam.

Odoacer Saxo, comitatu Rugorum, Herulorū, Suetiorum ac Turcilingorum Romam inuadit. Ex quo Occidentale reguum uacat usq; ad Carolum Magnum imperatorem. 475

Tresimundus Vandalorum
Gundiocus Burgundiæ
Basinus Doringorum } reges.
Buthlus Daniæ

5683 Felix tertius Romanensis, papa quinquagesimus sedit octo annis. 484

Tetricus Veronensis Visogottorum rex dominio Italiæ potitur uiginti quinq; annis. Cui Amalsunta filia successit. 488

5689 Anastasius Dicorus quinquagesimus tertius imperator regnat sex & uiginti annis, 490

habent tamen nonnulli plures annos. Perijt hic tandem fulmine.

Gelaſius Apher, papa quatuor annis. 492

Hennacus Hunnorum rex quartus.

Anaſtaſius ſecundus Romanus, papa quiquageſimusſecundus ſedit biennio. 495

Clodoueus ſeu Ludouicus quintus rex Francorum à ſancto Remigio baptizatur: Rhomanorumq; conſul deputatur. Ex quo tunc Romanum imperium Conſtantinopolis cœpit minui, & Gallorum augeri Chriſtum profitendo.

5696 Symmachus Sardus, ſedit papa quindecim annis ſuperato ſchiſmate Romæ. 497

Fulgentius epiſcopns & doctor, Boëthius poëta & philoſophus florent.

Hormiſda Fruſinoninus, quinquageſimusquartus papa Romæ ſedit nouem annnis. 512

Heſychius Mileſius & Merlinus uates Brittanicus florent.

5717 Iuſtinus ſenior genere Thrax, imperator decimusſextus Conſtantinopolitanus, ordine quinquageſimus quartus Cæſar, regnat quàm optimè octo annis: obijt in patria. 518

Alaricus secũdus Gottorũ in Hyspania
S. Sigismundus Burgundiæ } reges.
Ermenfridus Doringorum

Benedictus Nursinus cum sorore Scholastica omnium primus regularem instituit uitam, à quo Benedictini postea ditißimi emanarunt monachi. 520

Ioannes Tuscus, papa quinquagesimusquintus sedit Romæ annis duobus. 521

Brigitta uirgo Scotica multorum cœnobiorum fuudatrix claret.

Felix quartus Samius, papa quatuor annis Romæ est. Hic extremam unctionem morituris præcepit. 524

Dionysius abbas Romanus computum paschalem ædit, primusq; annos à natiuitate Christi computare docuit.

Andoinus ex Scandia primus rex fit Longobardorum.

Iustinianus Magnus Iustini ex sorore nepos, imperator quinquagesimusquintus regnat triginta nouem annis, ac tãdem insania deceßit. 525 (5724)

Bonifacius secundus Romanensis, papa biennio. 528

Hildebertus cũ tribus fratribus Francorũ rex.
Ioannes secundus Rom. papa biennio Romæ.
Agapitus papa quinquagesimus nonus sedit in patria tantum annum unum. 533
Imperator Iustinianus Romanas leges in Epitomen redegit, ac codicem seu paudectas iuris ciuilis promulgat.
5733 Siluerius Campanus, papa itidem annum. 534
Vigilius Romanus, papa sexagesimus primus sedit decem & septem annis. 535
5740 Quinta Cõstãtinopolitana synodus sub Agapito inchoata, hoc anno contra Theodôrum & Anthimum, quòd Maria mater Christi sit θεοτόκος, perficitur primum. 541

Bridius Pictorum
Chunimundus Gepidarum } reges.
Zeliorbus Hunnorum

Totilla ultimus Ostrogottorum rex Romæ, ac Gilimerus itidem ultimus Vandalorum rex, à Bellisario & Narsete Cæsarianis ducibus unà cum Francis deuincuntur.
S. Leonhardus abbas claret per Gallias liberatione uinctorum.
5752 Pelagius Romanus papa sedit undecim annis 553
Hic clericos cottidie septem horas canoni-

cas

cas obire uoluit, primusq; hæreticũ à potestate sæculari puniendum decreuit. Mortuorũ denuq; memoriam missæ addidit.

Priscianus grãmaticus, Arator poëta florent.

Ioannes III Rhomanus, sedit papa annis ferè 563
tredecim in patria.

5763 Iustinus Iunior nepos Iustiniani, patria Illyri= 564
cus, decimusoctauus Constantinopolis imperator: ordine uerò quinquagesimussextus Cæsar cum regnasset annis undecim, pedum dolore amens moritur.

Albinus secundus rex Longobardorum cum 569
omni populo suo, & uiginti milibus Saxonum relicta Pannonia Italiam intrat, eamq; occupãdo de suis cognominat.

Heribertus octauus rex Francorum cum tribus fratribus in Gallia.

5774 Tiberius Constantinus imperator cæsar septẽ 575
annis, moritur in Græcia.

Benedictus Romanẽsis papa sexagesimusquar 577
tus sedit annis quatuor.

Synaldus III Daniæ rex cum Snione filio.

5780 Mauritius Cappadox, gener Tyberij præ= 581
dicti, imperat uiginti annis, ac conspiratione Phocæ, filiorumq; suorum, tandem Chalcedo,

næ obtruncatur.

Pelagius II papa ſedit Romæ decennio. 582

Leuigillus rex Gotthorum Andecam Sueuorum regem ex Hiſpania eijcit.

5791 Gregorius Magnus, papa ſexageſimusſextus, tredecim ãnis ſedit. Hic primus ſe ſeruũ ſeruorũ dei ſcripſit, ac mãdauit ne quiſpiã ſe uniuerſalem epiſcopũ uocaret. Modum item chori et pſalmodias inſtituit. In ſumma ceremoniarũ maxima pars ſub hoc in Chriſtianiſmo pullulauit. 592

Agilulphus Longobardorum quartus rex interuentu Theodelindæ Garibaldi Bauarorũ regis filiæ ad Chriſti fidem cum omni ſuo populo conuertitur. 593

5801 Phocas uigeſimusprimus Conſtãtinopolis imperator, ordine quinquageſimus nonus Cæſar, cum regnaßet annis octo Conſtantinopolis captus, amputatis manibus & pedibus in mare proijcitur. 602

Sabinianus Romanus, papa ſedit annum. Is diem & horas campanarum pulſu diſtinxit. 605

Ermigildus rex Gottorum Chriſtianus fit.

Bonifacius III Romanenſis, papa ſedit tantũ nouem menſeis. Primatum hic Romanæ ſedi 607

&

& papæ inter Christianos ab imperatore im=
petrauit contra edictum Gregorij.
Cacauus Hunnorum } reges.
Clotarius II Francorum
Bonifacius IIII Marsus, papa sexagesimus no 608
nus sedit Romæ annis ferè septem.
5810 Heraclius imperator Augustus sexagesimus, 611
regnat uigintinouem annis, atq; aqua intercu
te perijt.
Deus dedit, papa septuagesimus sedit in pa= 615
tria quatuor annis.
Cosroë rex Persarum, post quem Medorses.
Edelbertus Anglorum rex cum omni populo
atq; Cantabris fidem Christi suscipit primum.
Sisebutus Visogottorum rex, etiam Christia=
nus fit in Hispania, cū antea Arrianus fuisset.
Isidôrus Hispalensis episcopus & doctor, Sā.
Columbanus, Sanctus Gallus monachi clarent.
Bonifacius V papa quinquennio sedit. Hic de= 618
linquentibus templa & aras, tanquam asyla
apud Christianos primus constituit.
5821 Mahumetes cum Sergio monacho in Arabia 622
sectam Saracenorū & Turcarum inchoat per
nitiosissimam.
Honorius Rhomanus, papa duodecim anno= 623

rum ferè.

Dagobertus Francorū undecimus
S. Osualdus Anglosaxonum } reges.
Suintilla Hispaniæ

Seuerinus papa septuagesimustertius annū. 635

Ioannes IIII Dalmata papa itidem per annū 636

5835 Constantinus Iunior post patrem regnat solum quatuor mensibus dolo nouercæ.

Theodôrus Græcus papa septuagesimusquintus sedit annis sex. 638

5838 Heraclonas uigesimustertius Constantinopolitanus imperator, regnat cum matre Martina duobus annis, ac tandem ambo in exilium mittuntur. 639

Acephalorum hæresis repullulat.

5840 Constans II uel Cōstantinus tertius filius Constantini Iunioris, imperat uigintiseptem annis. Hic Romam spoliauit, & à papa hæreticus censetur, atq; tandem à suis in thermis Syciliæ necatur. 641

Martinus Tudertinus, papa sedit annis sex. 645
Concilium contra Patriarchas Constantinopolitanos habuit, ac sponsum cum sponsa ante carnalem copulam à sacerdote prius benedici uoluit.

Eugenius

Eugenius Romanus, papa triennio sedit.

S. Iodocus regis Brittonum filius claret. 651

5853 Vitellianus Signinus, papa septuagesimusocta uus, sedit tredecim annis. 654

Homar Saracenus Mahumetis successor.

Moabias Arabum
Clodoueus Francorum
Hercobertus Cantiæ
Stelterus Anglosaxonum
} reges.

A deo datus Romanensis, papa sedit quatuor annis. 668

Mezentius uel Mißesius tyrannus regnat Cõstantinopolis sex mensibus.

5868 Constantinus quartus, cognemento Pogonatus, filius præcedentis, imperator Constantinopolitanus uigesimusquintus, regnat septem et decem annis catholicè, tandem è palatio præcipitatus occubuit domi. 669

Donus Romanensis, papa octuagesimus quatuor annis. 672

Theodericus decimusquart. Francorũ
Bamba Hispaniæ
Grimoaldus Longobardorum
} rex.

Agathon Syculus, papa sedit biennio. 676

5876 Sexta Synodus Cõstantinopolitana cõtra Monothelitas 677

nothelitas celebratur, cum centum quinquaginta episcopis, in quo Græcis sacerdotibus uxores permißæ sunt, nostris uerò nequaquam. Hanc alij anno 685 habitam contendunt.

Edilredus Merciorum
Caganus Auarorum } rex.
Lutherus Canthuariorum

Leo II Syculus, papa decē menseis sedit, ac cōstituit pallia archiepiscopis elargiēda gratis. 679

Leodegarius & Kylianus episcopi fulgent.

5880 Benedictus II, papa octuagesimustertius sedit decem mensibus. 681

Trebellius primus rex Bulgarorū in Illyria fit

Ioannes V Antiochenus, papa sedit annum, & primus Ostiensem, Portuensem ac Veliternum episcopos pontificem maximum consecrare iußit Romæ. 682

Conon Thrax, papa octuagesimusquintus, sedit uix decem menseis. 683

Venerabilis Beda Anglus floret.

Sergius Antiochenus, papa sedit decē & quatuor annis remoto scismate. 684

Perthăris decimustertius Longobardiæ rex.

5885 Iustinus V, qui & Iustinianus minor. imperator post patrem sexagesimusquintus decennio 686

His

Hic tandem abscißis naribus in Pontum re=
legatur.
Paulutius Heraclanus, siue ut quidam legunt
Paulus Lucius Eradianus, primus Venetorum 688
dux fit. Tradunt alij anno 7 0 6 initiatum.
Clodoueus I I Francorum decimusseptimus
rex.
Ioannes VI Græcus, papa octuagesimussepti- 695
sedit treis annos.
5895 Leo III siue Leontius uigesimusseptimus Cō 696
stantinopolis imperator, regnat triennio, po=
stea truncatis naribus à Tyberio in carcerem
conijcitur.
Ioannes VII Græcus, papa sedit duobus ann. 698
5868 Tiberius III, cognomine Apsymarus imperà 699
tor septem ferme annis, & cum Leontio truà=
datur Constantinopolis.
Sisinius Syrus, papa octuagesimusnonus, sedit
uiginti tantummodo diebus.
Aegyptij abiecto Græcorum dominio propri
um sibi regem qui Caliph dicitur eligunt.
5905 Iustinianus olim Augustus, iterum nunc cū Ty 706
berio filio imperat sex annis, & ultimo uitam
in bello amisit.
Constantinus Syrus, papa nonagesimus, sedit Eodem
spatio

spacio septem annorum.

5910 Philippicus Bardanes trigesimus Constantino 711
polis imperator ordine sexagesimus nonus cæsar, regnat annũ & semis. Papæ Romano hic plurimũ restitit, ideoq; hæreticus decernitur, ac tandem luminibus cũ imperio priuatur.

Rodericus Visogottorũ in Hispania
Miramonelinus Mauritaniæ
Viorno Daniæ
Vadredus Brittaniæ } reges.

5911 Anastasius II cognomento Anthemius imperator catholicus, regnat annũ & tris mẽseis, post 712
modum monachus eße cogitur.

Gregorius II Romanensis, sedit ferme decem & sex annis papa. 713

Vinfridus, qui postea Bonifacius, natione Anglus & monachus, fit primus Archiepiscopus Maguntinẽsis. Hic in Saxonia Doringiaq; ecclesiam Romanã multa superstitione auxit, ac tandem à Frisonibus occisus est.

5913 Theodosius III Atramytenus dictus cæsar se 714
ptuagesimus primus, Constantinopolitanus trigesimus secundus imperator regnat ferme biennio, fitq; itidem monachus.

Ottmarus & Pyrminus abbates florent.

Dagober=

Dagobertus II rex decimusnonus Francorũ. 715
8915 Leo IIII genere Isaurus cũ filio imperat quatuordecim annis. Hic omnes imagines ubiq; tẽplis Christianorũ etiã Romæ sustulit, ac tandẽ Constantinopolis peste obijt. 716

Carolus Marttellus dux Brabantiæ & comes Namurcensis, palatij comes siue maior domus regiæ Francorum fit in Gallia.

Saraceni pulsis Gottis Hispanias occupant. 720

Gregorius III Syrus papa nonagesimussecundus, sedit annis decem. 732

Lintprandus decimusnonus rex Langobard.

Fauilla ultimus Visogottorũ rex in Hispania, cui Alphonsus catholicus succeßit.

8939 Constantinus VI Copronimus dictus, post patrem imperator trigesimusquartus Constantinopolis regnat trigintaquatuor annis, & ad extremũ elephantiasi perijt apud suos. 740

Concilium trecentorũ ac triginta episcoporũ Byzantij imperator habet, ut omnes imagines etiã Christi, undiq; comburerentur, contra papam, qui eas Romæ cũ suis episcopis paulo antè uenerari statuerat.

Carolomãnus præses Austrasiæ & Sueuiæ fit maior domus regiæ in Francia post patrem. 741

Seijta

Seijta Zuatauc Hunnorum rex in Vngaria.
Zacharias Græcus, papa sedit decem annis. 742
5947 Pipinus Iunior post fratrem deiecto Childe- 748
rico apud Francos instinctu papæ regnare
cœpit. Hic Barlamentum primus in Gallia in-
stituit.
Stephanus II, papa sedit annis quinq;. Hic pri 752
mus gestari, et odio Græcorũ de imperij trans
latione diffinire cœpit.
Paulus Romanus, nonagesimusquintus papa, 757
sedit decennio, sub quo primum templa Chri
stianorum consecrari cœperunt.
Turcæ gens Scythica primum hac tempestate 760
latrocinando excursiones in Asiam fecêre, ac
primum cum Saracenis de una lege conue-
nerunt.
5967 Carolus, qui postea Magnus, post patrẽ in Frã 768
cia regnat quadraginta sex annis.
Desyderius uigesimustertius & ultimus Lon
gobardorum rex in Italia floret.
Stephanus III Syculus, papa triennio sedit. 769
Conciliabulum hic Lateranum Romæ contra
Constantinopolitanum denuo celebrat, tem-
plisq; imagines ac idola restituit.
Adrianus Romanus, papa nonagesimussepti- 772

mus

mus sedit uigintiquatuor annis ferè.

5973 Leo quintus Constantini filius, ordine septua- 774
gesimus imperator Augustus cum quinquēnio
regnasset febre disperijt.

Lazdaiardus Persarū
Gottricus Daniæ
Refo Suetiæ
Gotzo Noruegiæ } rex.

5979 Constantinus septimus filius Leonis præfati, 780
imperator Constantinopolis tricesimus sextus,
regnat cum matre Hyrene (quam regno pepu
lerat) decem, & secundum alios duodeuigin-
ti annis. Hic effoßis oculis in uinculis extinctus
est.

Septima uniuersalis Nycena synodus, in qua 790
Græci cum Romanis de habendis imaginibus
& spiritus sancti proceßione concordant.

Archischola Parisij Luteciorū his temporibus
in Gallia cœpit, ductu Alcuini & Claudij Cle-
mentis.

Leo tertius Romanensis, papa nonagesimus 796
octauus sedit uiginti annorum spatio.

5997 Nicephorus Constantinopolitanus impera 798
tor regnat nouem annis, & bello in Mœsia
superiore occubuit. Hic imperium cum Carolo

Magno diuisit, ut ipse Orienti, hic uerò Occi=
denti præesset Cæsar.

Offa Brittonum
Egbrutus Anglosaxonū } rex.
Bermudus Hyspaniæ

6000 Carolus Magnus, Germanus octauo Kalen= 801
das Ianuarij, in imperatorem Romanorum à
papa inungitur, regnatq́; cæsar annis quatu=
ordecim: tandem septuagenario maior, Aquis
grani ex pleuritide deceßit.

Pipinus Caroli filius, Italiam regit ciectis Lan
gobardorum regibus tredecim annis.

Michaël Curoplates, tricesimus octauus Con= 810
stantinopolis imperator, biennio est, & postea
monachus fit.

Bernhardus Caroli nepos Italiam regit.

Leo Armeniacus imperator Constantinopolis 814
regit Orientem septem annis.

6014 Ludouicus Pius septuagesimus octauns Cæ= 815
sar, secundus post patrem Occidentis impe=
rator, cum regnasset uiginti quinq; annis, mo=
ritur Moguntiæ.

Stephanus quartus Romanus, papa triennio 817

Paschalis Romanus, papa centesimus sedit 820
annis septem.

Mihaël

Mihaël Traulus è Phrygia, quadragesimus imperator Constantinopolitanus, nouē annis. 821
Angliam regibus destitutam, Dani occupant.
6026 Eugenius II Rom. papa quatuor annis sedit. 827
Valentinus Romanensis papa quadraginta solum diebus. 831
Gregorius quartus Romanus centesimustertius papa sedit annis sedecim. Eodem
Dania & Suetia ad Christi fidem conuertuntur primum ab Humoldo. 832

Gestimulus Sclauorum
Asontes Saracenorum
Sebaldus Suetiæ
Lindeuincus Pannoniorum
} rex.

Rabanus monachus scoticus & Archiepiscopus Moguntinus claret.
Theophilus imperator Constantinopolis.
6039 Lutharius post patrem septuagesimus nonus Cæsar, Gallorū tertius imperator regnat annis quindecim. Ab hoc Lutharingia dicta est, fitq; tandem monachus in Prumia. 840
Sergius secundus Romanus, papa sedit biennio. Hic primus cum dignitate nomen mutauit cum antea Os porci diceretur: mosq; iste perpetuò posthac durauit Romæ. 846

Mihaël tertius imperator Constantinopolitanus post matrem suam Theodôram.
Gottescalus hæreticus in Germania.
Leo quartus, papa centesimus & quintus, sedit octo annis. 848
Alphonsus magnus Hyspaniæ rex.
Aidulphus rex Angliæ uniuersam insulā suam Romanæ ecclesiæ tributariam facit.
6055 Ludouicus secundus frater Lutharij, octuagesimus Cæsar Romanorum, regnat uiginti uno annis, moriturq; Mediolani propter casum ex alto. 856
Ioannes octauus, natione Anglus, officio papa sexu tamen fœmina, sedit annis duobus & mensibus sex. 858
Benedictus tertius Romanensis, papa centesimus septimus sedit biennio. 860
Notkerus monachus S. Galli fulget.
Nicolaus quintus papa sedit nouem annis. 863
Hic interdixit, ne quis sacrificanti concubinā habenti aßistat.
Basilius Macedo, quadragesimustertius imperator Constantinopolitanus.
Adrianus secūdus Rom. papa sedit quiquēnio. 873
6078 Carolus secundus cognomine Caluus, Ludouici 877

uici Pij filius imperator Cæsar octuagesimus secundus, post sextum annum Mantuæ per venenum à Iudæo medico datum obijt.

Ioannes octauus Romanensis, papa decimus & centesimus, sedit annis decem. 880

6081 Carolus tertius, qui Grossus dicitur, post Ludouicū Balbū imperatorē Cæsar regnat annis duodecim et quinq; mensibus. Fuit hic Germaniæ etiam, Galliæq; rex: abrogatus demum priuatus in Alemannia interijt. 882

Leo V philosophus et Alexāder imp. Græciæ. 886

Martinus secūdus Gallus, papa sedit uno anno 890

6090 Adrianus tertius Romanus, papa centesimus duodecimus sedit itidē anno uno. Hic primus decreuit, ne in creando Pontifice imperatoris consensus expectetur amplius. 891

Stephanus quintus papa sedit quinq; annis. 892

Carlonus uicesimusoctauus Francorū }
Ericus sexagesimusquintus Daniæ } rex.
Fruella secundus siue Froilla Hispaniæ }

Formosus Portuensis, papa decimusquartus et centesimus sedit quinquenio.

6093 Arnulphus Carlomanni filius dux Sueuiæ octuagesimustertius Cæsar post patruum suum. Imperat duodecim annis. Obtinuisse 894

Germaniam, Gallias, & Italiam fertur solus ac tandem Ratisponæ phthyriasi peri=isse.

Bonifacius sextus Tuscus, papa uigintiquinq; dierum.

Stephanus sextus Romanus, papa centesimus decimussextus, sedit annum integrum. 899

Romanus, papa sedit duobus annis. 901

Constantinus octauus imperator Græcorum quadraginta annis.

6102 Theodorus secundus, papa decimusoctauus & centesimus sedit dies tantum uiginti. 903

Ioannes nonus Romanus, papa sedit biennio. Eodem

Carolus simplex Francorum
Suatobogius penultimus Morauiæ
Taxis Vngarorum
Raymirus secundus Hyspaniæ
} rex.

Benedictus quartus Romanensis, papa centesimus uicesimus sedit annis tribus. 906

Berengarius primus Italiæ imperium occupat annis undecim.

Leo quintus, papa sedit quadraginta diebus.

Christophorus Romanus, papa mensiũ septẽ.

